

# Questionum

THEOLOGICARVM QVAESTIO  
num. Liber septimus. De verbi incarna-  
tione, Christi in terris cōuersatione & vtri-  
usq; testamenti concordia.



Vot sunt viri in-  
signes & clari: a  
creatione mūdi  
vsq; ad Christū:  
sub quibus inno-  
uatio aliqua con-  
tigīt aut in mun-  
do aut in popu-  
lo dei:

Septem. Adam, Noe, Abraham, Moses, Aaron,  
Dauid, Christus. Sub his quippe viris cōrigenūt  
hē mundi aut populi dei nouitates: creatio, dilu-  
uium, testamentū, lex, sacerdotium, regnum, re-  
generatio. Creatio introducta est p Adam. Dilu-  
uium, sub Noe factum. Testamētū, ad Abrahā.  
Lex, per Mosē. Sacerdotium, per Aarō. Regnū  
in Dauid. Nam reprobatus est Saul. Regenera-  
tio orta per Christum. Hi sunt septem viri cun-  
ctis nouitate aliqua, q̄ sub ipsis coepit īsigniores.

Quae sunt macerīe & attigui limites  
vtriusq; testamenti: finis quidem vete-  
ris & noui initium?

Ioannes baptista & Christus. Nam hic nouum  
aperuit: ille vetus clausit. Hic initium & author  
nouī testamenti: ille finis vetustī. Tantū est cha-  
os vtriusq; testamenti: quanta distantia Ioan-  
nis & Christi. Ioannes vox erat clamantis in de-  
serto. Christus vero vox clamantis in templo. Io-  
annes illuminatio populi: Christus vero perfe-  
ctio eiusdem. Ioannes aurora p̄currens: Chri-  
stus sol oriens. Ioannes vt purgans per aquam:  
Christus vt igne & spiritu sanctificās. Et qui am-  
borū plures proprietates elicere voluerit: sciat  
easdem esse ipsorum que vtriusq; testamenti.

Quomodo se habent adinuicem con-  
ceptiones & natiuitates amborum?  
Se habent natiuitates inter se & cōceptiones in-

# Theologicarum

ter se: distantia sex mensū. Nam p̄cursor Ioan-  
nes senis mensibus ante Christum & conceptus  
& natus est. Quapropter in his, aliquid scitu et  
cōtemplatione dignū occurrit: q̄ amboꝝ conce-  
ptiones & natiuitates, septimo die a fine suorū  
mensium inchoando numerantur. Vnde fit vt  
octauē & conceptionū & natiuitatum vtriusq;  
sint primī dies mensū sequentium.

Qualiter aboꝝ cōceptiōes & natiuita-  
tes: quattuor anni tēpora dispartiant?  
Quia amboꝝ cōceptiōes vtraq; equinoctia eorū  
vero natiuitates vtraq; solstitia cōrigenūt. Cōce-  
ptus fuit Christ⁹ in vere: Martii mēsis quinta &  
vigesima. Ioannes autē cōcept⁹ in autumno Se-  
ptēbris quarta & vigesima. Porro Ioannes natus  
est pene in estiuo solstitio: Iunii vigesima quarta  
Christus vero circa hyemale solstitiū: Decēbris  
vigesima quinta. Amboꝝ igitur cōceptiones &  
natiuitates, rite quattuor anni tempora dispart-  
tiuntur: Ver, a statem, autūnū, & hyemem.

Quotuplicia sunt opera Christi: quae  
operat⁹ est ī terris cū hoīb⁹ cōuersat⁹?  
Septuplicia. Tria ad seipm, Quattuor ad alios.  
Nā nōnulla scdm seipm, opat⁹ ē Christ⁹ vt hō:  
nōnulla vt de⁹: Nōnulla vt vtriusq; nature pti-  
ceps id est vt de⁹ hō. Cū em̄ de illo dicit: IESVS  
aut fatigatus ex itinere, sedit supra fōtem Iacobi:  
sitiēsq; dixit ad mulierē samaritanā da mihi bibe-  
re: hoc op⁹ est ipi⁹ ad seipm velut hoīs. Cū vero  
q̄draginta dieb⁹ & noctib⁹ ieiunauit nec edens  
nec bibēs: hoc opus ipius ad seipm velut dei. Cū  
demū sup aq̄s ābulauit: hęc ei⁹ ad seipm opatio  
vtrāq; ipius naturā indicauit, diuinā qdēq; sup  
aquas: hūanā, q; ābulauit. Porro ad alios, ei⁹ ope-  
ratiōes sunt quadrigeminę. Aut em̄ ammirabilī  
doctrina cūctos resouebat. Aut spūs imūdos eua-  
ciebat. Aut verbo languores morbosq; curabat.  
Aut multiplicat sacra bñdictiōe panib⁹ & pisci-  
b⁹ in deserto, vel aqua in vinū cōmutata: deficiē-  
tes satiabat. Quapropter opat⁹ est ad alios duo  
scdm aiām: & duo scdm corpus. Scdm animam:  
docens & eiciēs spūs immundos: Scdm corpus  
vero pascens & curās morbos. Sunt igitur eius  
opera septuplicia.



6 Cur dixit Ioannes de Christo: illū oportet crescere: de seipso vero: me autē minui?

Id pleriq; dictum esse volūt, propter vtrāq; solstitia. Nam circa estiuū solstitiū natus est Ioannes: a quo ad hyemale vsq; solstitiū, dies minuuntur. Christus aut natus est in hyemali pene solstitio: a quo ad solstitium estiuū, dies augescunt noctes minuunt. Ioannis quoq; conceptio, inclinante sole: Christi vero conceptio, sole ascendente facta. Alii crassiore quodā modo, id ad amborum passionē referunt: q; Ioannes p̄dicebat se obruncatione capitis: corpore minuendū. Christū verop crucē & sublimandū & corpore toto distendēdū. Aliū vero id dictū asserūt, propter vtrāq; testamēta: q; Ioannes quidē vet<sup>9</sup> clausit. Christus autem nouū referauit. Sunt & qui aliter sentiāt. Ioannē quidē qui existimabat Christus a populo & non erat: debuisse minui in existimatiōe populī. Christū vero qui vocabat seductor & non erat: debuisset crescere & vt verum saluatorē agnosci.

7 An Christ<sup>9</sup> venerit: vt solueret legē? Nequaq;: sed vt adimpleret. Non em̄ (vt de s̄ ipso testatus est) veni soluere legē sed adimplere. Nā cū secundum vtrāq; sui naturā, non esset sub lege voluit tamē sub lege fieri: vt illā adimpleret. Quasi venisset soluere legē: nequaq; sub lege fieri voluisset: q; tamē & circumcidī voluit & offerri in templo tanq; cōis homo. Soluere quippe legē est subuertere legem: seu nolle fieri sub legē aut legi aduersari.

8 Quo pacto se habet prophetarū multitudo ad Christum?

Sicut varietas diuini eloquiū, ad diuini vnitatem verbī sicut accidentia multa, ad vnā substantiam: sicut multi p̄currentes serui, ad vnus domini aduentū, sicut stellarū multitudo lucēs in nocte, ad vnūcū solem: qui solus & illuminat diē & stellarū omnīū obrundit splēdore. Sicut deniq; multī diuinorū sermonū & eloquiorum fonticuli: ad vnūcū & immēsum diuinæ sciētiae pelagus, quod omnes aridos & sitientes refouit.

9 Cum vniuersi prophetę ante Christū p̄missi sint: cur solus Ioannes baptista

p̄cursor domini appellatur?

Quia Ioannis vestigia, mox dominus secutus est. Fuit enim Ioannes immediatus domini p̄cursor: qui eū videre meruit & digito indicauit. Ante enim illum missus erat: vt prepararet viā eius iam iam aduenientis. Ceteri autē prophetę, emissus ante illum missi sunt: & eum dumtaxat spiritali oculo, non autē carnali & corporeo viderunt. Hi quippe sunt vt p̄auię stellę: quę media nocte apparuerunt. Ioannes autem vt verus lucifer: paulo ante solem exortēs & imminere iam solem p̄nunciāns.

10 Cur multo ante Christi natiuitatē prophetę mitti desierant?

Vt populus qui multo tempore prophetas nō viderat: Christi nouitate admiratus, magis illi consentiret: vt post longa dei silentia: se demū per Christum (inuisitatorum verborū & operum ei<sup>9</sup> efficacia) a deo visitari stelligeret. Nam sicut ante ortum solis, priusq; etiam lucifer appareat: solet ab aurora diei, obtundi & occumbere stellę: ita & multo ante aduentum Christi & ante apparitionem p̄cursoris Ioannis (vt a transmigratiōe Babylonis) desierant p̄phetę ad israelē mitti.

11 Quę differentia sit inter diuinum eloquium & substantiale verbum?

Nonnunq; diuinum eloquium & verbum, vt eadem sumuntur: lata tamen est differentia amborum. Nam diuinum eloquium, accidens est. Diuinum autem verbum, substantia: quippe secunda dei persona. Hoc enim verbum postea caro factum est: inserens sibi nostram humanitatem. P̄misit autē deus, ac pluit in terris: per p̄phetas seruos suos, sacrosanctum eloquium: prius q; substantialis sui verbī vnitatem sub nomine filiū, in carne apparere iuberet: fuit enim p̄currens eloquium, in ore prophetarum: futuri explicatio & p̄nunciatio verbī.

12 Cur oportuit Christū nasci: & quis finis: natiuitatis ipsius?

Propter salutē humani generis: & cōciliationem oīs creaturę, cū suo opifice, Humani quippe generis salus & cōciliatio ei<sup>9</sup> cū deo: finis ē & iterio natiuitatis Christi. Nā cū humana species, esset



# Questionum

# Theologicarum

a deo per inhabitās peccatum tam originis q̄ voluntatis separata, & obnoxia morti: hęc aliter nō potuit, q̄ medio Christi rediūua fieri: & ad diuinam pacē atq; amorē renouari.

13 An Christus natus sit: vt demones redimeret: illosq; deo iterū conciliaret?

Nequaq;: nam demonum peccatum, in expiabile est & venia indignū: vt pote qui & primū: & natura scientes bonum & malū peccauerūt. Hominū autē peccatū: leui⁹ apparuit & venia dignū: quandoquidē p̄thoplasti & demonica fraude: & ignorantēs natura, bonū malūq;: diuinis p̄ceptis nequaq; paruerunt.

14 Cur non est necessaria: demonum redemptio?

Quia non omnes angeli peccauerunt. Numerus quippe cœlestium ordinum, post demonū ruinā: saluus & integer in celo permāsit. Q; si tot⁹ vn⁹ ordo cecidisset: fuisset forsā necessaria illius redemptio & salus, ad nouenarię distinctionis instaurationem. At vero quia ex singulis ordinibus q̄ plurimū superstites fuere: hinc salutis & redemptiois demonū sublata necessitas.

15 Cur magis necessaria fuit hominū: q̄ demonum redemptio & salus?

Quia primū hominum parentes in paradiso peccauerant, erantq; morti obnoxii. Quocirca & tota humana species, q̄ ab iisdem parentibus natabatur: per inditū virus peccati, in mortem ruebat. Oportuit itaq; humanā speciē q̄ necessaria est ad complementū vniuersi: compotem fieri salutis & ad priscā immortalitatē reduci.

16 Cur magis impossibilis est demonum q̄ hominū salus?

Et demonū & hoīm salus: quoad deū, eque possibiles iudicant. P̄sara tñ demonum natura: lōge impossibilior est demonū, q̄ hoīm redēptio. Nam graui⁹ extitit demonū p̄tin, humano p̄tō. Et si quidē redimendū esset demonū genus: oporteret forsā deum, vniuscuiusq; demonis sibi inserere naturā: quādoquidē horū substātię, species quāsdā sunt inter se equiuoce: quarū vni⁹ salus, haud potest esse salus alterius: cū vna aliā nequaq; genuerit: neq; vna, ex alia p̄dierit. Est itaq; demonū

salus: lōge humana salute: impossibilior.

17 Vnde colligenda est necessitas: humanę redemptionis & salutis?

Simpliciter & collatiōe dei, nulla est humanę redēptionis necessitas: quandoquidē potest de⁹ esse absq; vllis creaturis: qui libere & sponte, omnia de nihilo fecit. Quia tamē humana species, necessaria est ad cōplementū vniuersi: & hęc tota, primū sui parētis peccato periclitabā in morte: hinc necessitas humanę redēptionis & salutis depromenda. Alioquin vniuersi numerus, appareret diminutus. Oportuit em̄ adesse deo: sicut primam eius imaginē, ita & secundā. Angelus autem prima: homo vero secunda dei imago nūcupatur.

18 Vnde prima humanę redemptionis possibilitas apparuit?

Colligit possibilitas humanę salutis prima: p̄ id q; omnes homines sunt eiusdē speciē: siue vnius cōis & vniuoce substātię: ab eodē parēte, habētis initū. Nā propter speciē similitudinē, in vno homine, ceteros oēs regenerari ac saluari contingit nec est necesse, vt cunctorū hoīm singularis substantia: ipsi deo personaliter vniat: quandoquidē vnius tātū singularis hominis, personalis cū deo insitio: ceterorum hominū, q̄ eiusdem & vniuoce substātię sunt regenerationē, salutē, diuināq; pacē operat. Etenī habitatio dei in homine vno: est eiusdem mansio in vniuersis.

19 Per quid secunda humanę salutis possibilitas: est elicienda?

Similitudo totius humanę speciē (vt p̄cedēs edocuit) est prima possibilitas salutis ipsius. Q; autem ex eadē speciē, licet peccato corrupta: vni⁹ singularis homo incorruptus, innocens & mundus ab originali macula nasci potuerit: id secundam humanę salutis possibilitatē ostēdit. Si em̄ ex corrupto semine, incorrupta & mūda a peccato substantia, elici nō potuisset: impossibilis fuisset humanę speciē regeneratio: vt pote que tantum ab ente simili in speciē: sed corrupta ab incorrupto, potuit regenerationis beneficium indici.

20 Cur peccator homo: peccatores redimere non potuit?



Quia omnis q̄ subiacet peccato, seruus est peccati: & iure a diabolo possidetur. Qui aut̄ seruus est & ab alio possidet: nec is seip̄m nec pares conseruos eximere potest a seruitute: sub qua, venundatus iā nō fuit: sed alieni iuris est. Nā si seruus offerat seip̄m domino, pro sua & aliorum liberatione hic offert dño, q̄ antea ip̄ius dñi sunt & non aliena munera. Non potuit igit̄ peccator homo: pro peccatoribus donari & offerri.

21 Cur innocentē & per omnia immaculatum esse oportuit eum: qui humanum genus redimere debuit?

Hanc fere precedēs discussit. Nā seruus, qui iure emptionis possidet: offerri neq̄ domino, pro sua & cōseruorū manumissioe. Ois quippe redēptio fieri debet e sumptu alieno: debetq̄ is, q̄ redimit ab aliquo, nōnulla illi offerre, q̄ sint ab eius possessione aliena. Oportuit igit̄ per omnia hunc innocentē esse & liberū a peccato: qui a domino peccati, cunctos seruos redēpturus erat. Hoc em̄ pacto redemit deus humanū genus a peccato: offerens id quod nō erat peccati: neq̄ possidebat a pctō.

22 Cur oportuit humani generis saluatore duplicis esse naturæ: diuinæ: atq̄ humanæ?

Quia hic separatas diuisasq̄ substantias: diuinam atq̄ humanam, conciliare debuit. Ideo quippe in vnitate suę personę: vtrinq̄ naturā apprehendit. Nam mediū natura: vnio est & copula extremorum. In solo ac simplici deo: nō potuit redimī humanū genus, cū sit deus alterius speciei, ab hominibus. In simplici pariter hoīe: haud poterat humana species conciliari deo: quandoquidē hunc oportuit psonaliter deo cohærere: q̄ ceteros vinculo voluntatis, deo conciliaturus aduenit.

23 Cur potius secunda siue mediā diuinitatis persona q̄ prima aut tertia: nostræ adheſit humanitati?

Id patrātū est diuina voluntate: sese clemēter numero & rationi nostrę humane speciei accommodante. Honūnis quippe natura, vinculu est entium sensibilium & intelligibiliū: estq̄ situ & loco mediā inter intelligibilia & sensibilia. Strauit igit̄

tur deus vt mediā vnūuersi naturā, hoc est humanā speciē: mediā diuinitatis persona redimeret. Nam pares numeri vtriq̄ naturæ: diuino in quā verbo & humane speciei, respōdere cernūtur. Adde q̄ & secunda dei psona: verbū illius, seu paterna quēdā vox appellat̄. Homo autē est vt vera & rationalis vox vnūuersi. Nā & intelligibilia: quippe incorporea: sunt vocis expertia, Muta vero animātia rationabilē vocē nō edunt.

24 An verbum caro factum: aliquo pacto ip̄sius verbī diuinitatem: aut cōfuderit: aut maculauerit: aut permutarit?

Nullō pacto aut diuinitatē verbī, cum humanitate confundit: aut eandē adhesionē humanitatis maculauit: aut in humanitatē permutauit. Nā p̄mansit integerrima & icōfusa verbī diuinitas, cū humanitate: sancta & immaculata, cū pura & innocente: eterna & immutabilis: cum temporali, sed tamen natura immortalī. Si enim permutata fuisset verbī diuinitas in humanitatē, aut humanitas in diuinitatē: non esset Christi psona duplicis substantiæ & nature.

25 Quotuplex est nodus & vinculum personę Christi?

Quadruplex: primus nodus substantialis & eternus: quo ip̄sius incarnati verbī diuinitas, ab eterno & ante secula: paternæ personæ substantialiter alligatur. Secundus quo caro corpusve Christi, spiritui & animæ ip̄sius naturaliter cohærere: & hoc est naturale humanitatis vinculum. Tertius est nodus medius: quo tota Christi humanitas, diuinitati verbī adalligatur, in vnitate totius personæ Christi. Et hic nodus personalis vocatur. Quartus deniq̄ nodus est voluntatis: & hic geminus est: vtpote quo & diuinitas verbī patris per omnia consensit: & humanitas, ipsi verbo ad mortē vsq̄ obtemperauit.

26 Cum verbī diuinitas: sit magis vna cū patre: q̄ humanitas cū natura verbī: cur humanitas cum verbo: dicitur vna esse vnitate personæ: cū tamen nequeat verbum cum patre: vnitate personæ esse vnum?



## Questionum

Pater & verbū, sunt duæ personæ: & vna substātia. Non possunt autē esse duę substantiæ & vna persona. At vero verbum & humanitas tota, sūt duę substantię diuina scilicet & humana, diuersę speciei: quæ sunt minus vnū, q̄ pater & verbum. Nā duę & disparatę substātię, minus vnū sunt: q̄ vna & vbīq; similis substantia. Attamē verbū & humanitas, dicunt vnū esse, vnitate personæ: pater autē & filius, repudiant personale vnitate. Dicimus igitur vnū personę Christi, nō esse omnino simplex vnū: sed vnū coniunctionis & copule. Nempe vnitas personę in diuinis: lōge simplicior est, vnitate personę Christi.

27 An vinculum humanitatis Christi cū verbo: sit par vinculo corporis ipsius cū anima?

Par est quoad aliquīd: vt quoad naturarū discretionem, absq; vlla eorum cōfusione. Nam q̄ dixit sicut anima rationalis & caro, vnus sunt homo: ita deus & homo vnus sunt Christus: hanc vinculorum similitudinē, iuxta dissimiliū naturarum discretionē manifeste expressit. Disparia tamen sunt hæc vincula: quoad amborum firmitatē & appellationē. Nam vinculū animæ & corporis, naturale: vinculū vero humanitatis & verbī, supernaturale vocatur. Vinculū insuper aiæ & corporis: voluntate moientis, solū potuit & solutū est. Nodus autē verbī & humanitatis: nulla morte, potuit dissolui.

28 Vnde sumpta est substantia corporis Christi?

Ex vtero virginis. Fuit em̄ cōceptus Christus in vtero virginis, de spiritu sancto: sine semine viri. Quapropter omnis substantia corporis Christi: substantia virginis est: quę virtute spiritus sancti concepit: nihil exterioris substantiæ aut peregrini seminis accipiens a viro. Sicut em̄ ex primo viro, sine muliere, producta est mulier: ita & nouissimus vir, sine viro: ex muliere processit.

29 An humanæ speciei per Christū regeneratio: sit illius recreatio?

Minime: nam sicut generatio a creatione differt: ita & regeneratio. Non enim e limo terræ, formata est & sumpta corporis Christi substantia: sed

## Theologicarum

ex vtero virginis vt præcedens monstrauit. Si autem fuisset e limo terræ formata caro Christi, sicut & Adę caro: natiuitas Christi, humana recreatio & penitus humanæ speciei renouatio diceatur.

30 Quo pacto differunt hæc tria Creatio Generatio: regeneratio?

Creatio est ortus humanæ speciei, ex immediato terrę limo: quo pacto primum duntaxat humanæ speciei indiuiduum vt Adam emerfit. Generatio propagatio seminis est: & secundorum hominum, a primis parentibus (naturali serie seruata) origo. Regeneratio, aliquantisper inter vtrāq; media reperitur: vtpote quæ & naturalem seruem, partim seruat & partim immutat. Seruat quidem secundum natiuitatem ex muliere. Immutat autem q̄ ex muliere virgine: virili actione, nequaquā concurrente. Creatio, a nullo parente fit: generatio, ab vtroq;. Regeneratio ab vnico. Creatio sine patre & matre. Generatio ex patre & matre. Regeneratio ex matre, sine patre. Hic enim regenerationē appellamus natiuitatem Christi: q̄ est totius humanæ regenerationis initium.

31 Quotuplices sunt ortus hominū?

Quadruplices: creatio, productio, generatio, regeneratio. Creatio Adæ: productio Eue: Generatio cunctorum mediorum hominum. Regeneratio Christi. Nam factus est Adam ex immediato terræ limo. Eua autem nec proprie creata, nec genita est: sed ex Adę latere a diuino actu producta. Ceteri vero hominum geniti, vtroq; parente dicuntur. Christi autē natiuitas, quia vnico emerfit parente: humanæ speciei regeneratio appellatur. Vnde fit vt Adam, sit homo ex neutro parente. Eua homo ex viro, sine muliere. Abrahā ex viro & muliere. Christus ex muliere sine viro.

32 Qui humani ortus referatur ad diuinum actū: & qui ad humanum?

Creatio productio & regeneratio ad diuinū actū generatio vero ad humanū referūt. Nā dicit de⁹ creasse Adā ex limo terrę. Idē quoq; ex Adę latere Eua produxisse recēset. Conceptio demū Christi spiritu sancto ascribit: vtpote quę de spiritu sancto conceptum asserimus. Cōmunis autē hominū



num generatio, haud hoc pacto ad diuinum: sed ad humanum actū refertur. Nam Adam ex Eua Cain genuisse p̄dicatur.

33 An prius fuerit cōceptū corpus Christi: q̄ anima in illo procreata?

Minime. simul em̄ atq; concepta fuit caro Christi: eius anima eidem adhefit. Quapropter conceptio Christi, a communium hominum conceptione dissidere probatur. Nam ceterorum hominum corpora, in maternis vteris, prius vsq; ad aliquid formatur: q̄ rationales animæ in iis procreentur. Christi vero tota humana substantia repente in unum accepit initium: tamen si corpus illius sensim, hoc est nouenis mensibus: membrorum & organorum decorē accepisse fateamur.

34 An diuinitas verbi: prius adheferit vni partium humanitatis Christi q̄ alii?

Nequa q̄. Nam non prius concepta est caro Christi: q̄ procreata eius anima. Insuper & quo instanti, cōcepta est caro Christi in vtero virginis & anima eius procreata: eo dem momento verbi diuinitas & carni & animæ & naturali vtriusq; completioni, hoc est toti humanitati adhefit. Vnde fit vt nō prius fuerit naturale vīculū, corporis & animæ Christi: q̄ supernaturalis nodus diuinitatis & humanitatis.

35 An alias q̄ in morte: fuerit aīa Christi absq; organis corporeis?

Arbitrarentur forte nonnulli non tantū in morte fuisse animā Christi absq; organis corporeis: sed etiā in momento conceptionis suę. Nam substantiam quidem corporis Christi, conceptam fuisse momento: simul inquā conceptā carnem & procreatam animam: at tamen non eodē instanti corporea organa fuisse digesta. Sed ea nouem mensibus coaluisse: vt Damascenus in instanti conceptionis Christi omnia corporea eius organa, secundum figurā digesta fuisse tradit: licet in tempore: secundū molē naturalis quantitatis incrementū acceperint. Haud igit̄ alias q̄ in morte: fuit anima Christi absq; organis corporeis.

36 An si recreasset deus e limo terræ hominem nouum: potuisset in illo huma-

na species renasci & liberari a mortis sequitate?

Minime. Nā hic homo creatus a deo e limo terra, fuisse nobiscum equiuocus: hoc est dissimilis substantia: quī ad nullū hominū se habuisset: vt pater ad filiū, aut vt filius ad patrē. Vt autem destrueretur peccatū: oportuit aut peccatricē substantiā pati, aut eā saltē quę ex peccatrice substantia originē ducebat. Debit em̄ peccatū deleri: in substantia vniuoca, propria, cōmuni.

37 An Christus mortalis fuerit: vt ceteri homines?

Ceteri hominū lege peccati, mortales ex immortalibus effecti sunt. Christus vero cū fuerit mundus a peccato: causa mortis caruit: nec habuit in tra se vnde morti obnoxius diceret. Erat igit̄ Christus natura immortalis. Hic tamē voluntate & nō vlla necessitate: naturalē immortalitē exinanīuit: & offerens se ipsum morti: mortales ad p̄licā immortalitē reuocauit.

38 In quibus Christus Adę similis fuerit?

Similis fuit Adę Christus in tribus: primo q̄ vtriusq; nō prius corporea substantia: q̄ spiritualis fuit p̄creata. Secundo q̄ vterq; natura erat immortalis, id est mundus a peccato. Nā mortis causa, peccatū ē. Ambo em̄ ob peccatū mortui sunt. sed Adā ob peccatū suū: Christus vero ob p̄ctm̄ aliorū. Tertio q̄ vterq; pater oīm hominum. Adam quidē pater secundū carnē. Christus vero pater secundum spiritum. Adā pater generatiois: Christus pater regenerationis.

39 In quibus Adam & Christus dissimiles fuere?

Dissimiles fuere in tribus: primo q̄ Adam simplex homo, Christus homo deus. Secundo q̄ Adā in perfecta viri quantitate & magnitudine creatus: Christus autem natus infans: vt ceteri homines. Tertio q̄ perfecta hominum qualitas, hoc est sapientia omniumve rerum scientia, Adā a natura defuit: quā tamen Christus a natura, ex diuinitatis p̄sentia credit consecutus.

40 An sola Christi natiuitas: fuerit humanæ consummatio salutis?



## Questionum

Nequaquā: nam nisi granū frumentī cadens in terram, mortuū fuerit: ipm solū manet, Si autē mortuū fuerit, multū fructū affert. Sola igit̃ Christi natiuitas: erat vt simplex semen immortalitatis vniuersorum hoīm. Hoc autē semen, in terrā mitti debuit: vt fructū immortalitatis afferret. Alioquin ipm semen solum & per se: incorruptū atq; immortale manebat.

41 An deus in fortitudine & viribus: humanum redemerit genus?

Noluit deus humanum genus redimere in fortitudine: quasi preualens viribus. Et potuit quidē in fortitudine & viribus aduersum Sathanā contere: & humani generis debellare hostē. Maluit tamē in iudicio & iustitia illius imperium subuertī: & ab humano genere peccati onus excuti. Nam fortitudo seu virium preualentia: virtus est huius mundi.

42 Quod est iudiciū christi cum Sathana humani generis salutē eliciens?

Mors Christi innocentis. Nā causa mortis & Sathanae seruitutis: peccatū. Inuentus est autem in morte & Sathanae laqueis agnus dei: in quo mors nihil habuit. Ex morte igit̃ Christi: mors ipsa iudicatur dānaturaq;: vt pote q̃ sub communis hominis specie: momordit editq; fructū vitæ, immaculatū, incorruptū, immortalem: in quo nulla fuit mortis causa. Hoc diuinum cum Sathana iudiciū: cunctorum hominū salutē parturīuit.

43 Cur non potuit elici Sathanae iudiciū & euacuari ei⁹ potestas ex morte hominum peccatorum?

Quia omnis in quo est peccatum iure seruus est peccati: iure, imperio & potestati sathanae subest iure deniq; a morte captiuus tenet. Habēt enim Sathanas & mors, iustam causam eos perimendi homines: quorum natiuitas peccati virus a parentibus contraxit. Haud igitur propter interitum & mortem hominum peccatorum: concludi potuit Sathanae iudiciū, & illi⁹ euacuari potestas. Possidens enim Sathanas peccatores: ea possidet quæ suis furis sunt, nō q̃ aliena.

44 Qualiter de peccato vt diuus Paulus

## Theologicarum

ait: damnauit deus peccatū?

Intellige Sathanā esse peccatū: Nā princeps est et dux peccati. Tandiu peccatū id est Sathanas, nō peccauit, nec euacuari potuit: quoad in seruis suis id est in peccatoribus hominibus regnauit. Vbi autem peccatum possedit quod suū nō erat sed soli⁹ dei: vbi regnauit in viro, in quo nihil habuit adigens illum morti: tūc merito peccatum de peccato conuincit: & peccatū de peccato, hoc est de illata iniuria & alienę ouis immolatiōe, dānatur.

45 Quo pacto mors: morte Christi: momordit seipsam?

Mors quādiu homines momordit peccatores: sibi ipsi exitiosa nō fuit. Assueta autē morsibus hominū peccatorū, quos iuste possidebat: apprehendit & deum in terris sub cōmuniū hominum specie & amictu (in similitudine carnis peccati absq; tamē peccato) latentē. Hic ergo morsus, virus mortis fuit. Quia enī inuent⁹ est deus iniuste, in vtero mortis: hic iuste mortis vterū dirupit: tantoq; morsu, mors illico crepuit euiscerata.

46 Cur scriptū est: ero mors tua o mors: morsus tuus o inferne?

Id scriptum propter Christū. Et manifeste testat Christum, nō hominē purum fuisse: sed verū hominē, in quo psonaliter de⁹ habitabat sub carnis amictu, in hoīs specie: cū hoīb⁹, in terris cōuersatus. Si em̃ Christus fuisset purus homo: quo pacto ad deum, hoc eloquiū referri posset: ero mors tua o mors, morsus tuus o inferne. Mors enim de gluties Christū: apprehendit & deū. Et tam in vtero inferni inuēta est diuinitas christi q̃ aīa eius dirumpens vterum mortis & inferni.

47 Quod est premiū mortis Christi?

Omnium animarū q̃ a morte tenebantur liberatio, inferni diruptio, mortis interitus, euacuatio Sathanae potestatis, cunctorū hominum resurrectio futuri seculi instauratio, dominatio oīs creaturæ. Nā q̃ iniuste inuētus est in inferno. Hic non iniuria inferni claustra perturit: qui iniuste mortuus mortē vicit: q̃ redemit oēm creaturā, huic de⁹ omnia subiecit: & vniuersę creaturæ imperiū ascripsit æternum.

Sathanas de  
de. immortali.  
mōtē. t. hōr  
cyrographu  
t. mortali  
inu.



48 Cur Sathanas aut impedire aut tarda-  
re voluit mortem Christi: apparet per  
visum vxori Pylati?

Quia vt diuus Ignatius ait: Malignus sentiebat  
sua perditione. Inritu em illi fuit ad perditionem  
mors Christi, trophæu crucis: quod videns expaue-  
scit & audiens timet. Presenties ergo Sathanas ex  
morte iusti & suis ipsius ruinâ & eorum quos capti-  
uos tenebat liberatione: apparet p visum, vxori  
iudicis Pylati: suggestit illi: vt viro suaderet ius-  
tu dimittendū: q somnio parens, misit ad virum  
dicēs. Nihil tibi & iusto illi. Ceterū maligni sug-  
gestio, nequaq̄ preualuit. Haud enī reprimere iā  
potuit ministros iniustitię: quos ipsemet in necē  
Christi, prius inflammarat.

49 An cognouerit Sathanas: Christū iu-  
stum esse?

Multa (vt diuus Ignatius testatur) circa Christū,  
Sathanā latuerunt: vt virginis partus, admiranda  
cōceptio, diuinitas Christi. Quapropter & cum  
iustorum opera, eterne & scdm se Sathanā lateant:  
dicere possumus Sathanā, cognouisse Christū iu-  
stū esse: nō ex opibus iustitię ipsius, q̄ eū latebant:  
sed p̄pterea q̄ se in Christo nihil habere cognoue-  
rat: q̄ ve nullā eius noxā aut culpā compertā ha-  
bebat. Haud igit̄ ex agnitōe & intuitu bonorum  
operū: sed ex ignorantia & negatione iniustitię,  
potuit Christus a Sathana, vt iustus agnosci.

50 An mors Christi Sathanę imputetur?

Omne peccatum quod fit in mundo siue a demo-  
nibus siue ab hoīb: merito ei impingit̄, q̄ primus  
extitit author peccati & toti⁹ apostasię siue a deo  
secessionis dux. Mors aut̄ Christi, peccatū: immo  
vero excellēs & summe peccās p̄tm. Mors igit̄ur  
Christi Sathanę imputat̄. Quo pacto enim mors  
Christi iudiciū fieret mortis: si illa, morti & Satha-  
nē nequaq̄ impingeretur.

51 Cur mors Christi Sathanę imputatur  
cum tamen illam impedire molitus sit?

Q̄ Sathanas Christi necē impedire satagerit: id  
nequaq̄ intentiōe boni alicuius, aut amore Chri-  
sti fecit: sed sibi ipsi timēs imminere exitiū: ne prin-  
cipatu huius mundi spoliaret̄. Hic ergo ei⁹ cona-  
tus retinendū amore imperiū: nihil obest, quomō-

nus eius iudicium & eternus interitus, ex Christi  
necē eliciat̄. Id em nō fecit causa iustitię: sed libi-  
dine accensus iugiter in hominibus dominandū.

52 Cur occidi debuit Christi⁹ a Iudeis &  
non ab alienigenis?

Christus debuit ab his interimī, qui legē acceper-  
ant: in qua relinquentes opera iustitię fructifica-  
runt p̄tō. Ip̄m em p̄tm̄ illatū in lege & summe  
quidē peccans peccatum: est interemptio Christi  
Nam vt concluderet̄ ex lege misericordia dei &  
gratia: illatū est prius excellēs peccatū: per quod  
euacuatis humanis operibus & reuelata huma-  
na infirmitate ac naturali cecitate q̄ deum suum  
ignorauit: gratia maxime illuxit vt gratia. Opor-  
tuit igit̄ filium dei a filiis, & semen Abrahę a se-  
mine Abrahę: potiusq̄ ab alienigenis crucifigi.

53 Quo pacto per legē dici potest mors  
Christi illata?

Lex data est infirmis hominibus: vt per legē ma-  
nifestaretur naturalis infirmitas eorum. Lex enim  
est antiparitalis peccati: per quam obsessum in  
hominibus peccatum, vires accipiēs reuixit: idq̄  
quod erat summe & excellenter apparuit. Murus  
igit̄ur peccati id est lex: viuificās in hominib⁹ pec-  
catū dici potest mortem intulisse Christi. Debuit  
enī prius inferri oīs apparitiō peccati: q̄ aut ip̄m  
tolleret̄, aut gratia dei eliceret̄.

54 An lex per quam mortuus est Christi⁹  
mala sit?

Nequaq̄: nam lex mur⁹ est & obsidio peccati: co-  
artans illud ne se in plura diffundat, indulta in in-  
teritum eiusdem. Ex occasione tamen legis, pec-  
catum obsessum in lege: vt in quadam antipa-  
ritali (vt solet contrarium in contrario) reuixit  
et vires accepit: tanq̄ legi resistens aut eius murū  
dirumpens. Vbi autem per maximum peccatū,  
absumpta sunt & exinanita peccati vires: tunc  
sublatum est peccatum & mors illius in lege con-  
clusa.

55 Quomodo lex non est mala: per quam  
peccatum reuixit: vires resumpsit: sum-  
me apparuit?

Q̄ peccatū per legem vires resumpsit, reuixit ac



## Questionum

summe apparuit: id non est ex intentione legis: sed secundum accidens: quia virtus obfessa & collecta: fortior est (vt aiunt) quam dispersa. Et contrarium in contrario, magis apparet id quod est: quam simile in simili: vt ignis, magis apparet in nocte: quam in die: & nubes, magis in die quam in nocte se prodit. Intentio enim legis est obsidere imprimis & commutare peccatum: vt demum illud euertat. Inualuit tamen peccatum contra legem: & angustias illius ac terminos transgrediens, summo & excellenti peccato, seipsum damnauit.

56 Cur gentes simul cum iudeis: in Christi necem conspirarunt?

Vt omnes participes fierent misericordie dei: participes imprimis effecti sunt peccati. Concluserunt enim deus (vt facit Paulus ait) omnia in incredulitate: vt omnium misereretur. Captus Christus a iudeis, oblatu est gentibus: flagellatus a gentibus consputus a iudeis, interfectus ab utrisque. Hoc enim pacto & qui erat populus dei & qui non erat populus dei: conuenerunt aduersus dominum & aduersus Christum eius.

57 Quod est maximum mundi peccatum? Interemptio Christi: hec enim est fructus & excellentia omnis peccati: per quam peccatum exinanit consummatur danatur. Maius quippe peccatum mors Christi est: quam ruina prothoplastorum, quam mors vniuersorum hominum: quanto prestantior est Christus prothoplastis & vniuersis hominibus. Vbi igitur peccatum ad summum sui apicem per mortem Christi conscendit: mox e medio sublatum interiit & a summo in imum ruit.

58 Quo pacto peccatum regnavit in Christo: & non regnavit in Christo?

Peccatum regnavit in Christo secundum effectum, hoc est secundum mortem quam est effectus & consequentia peccati. Non regnavit autem in eo secundum causam cum nulla fuerit in Christo mortis causa. Inuenitur enim in Christo effectus peccati id est mors: sine causa mortis id est sine peccato. Mortuus est, non quia mori debuit: sed quia mori voluit. Regnavit igitur peccatum in eo in quo non regnabat. Apparuit peccatum: in quo non erat peccatum.

59 Cum Christus non sit peccatum: cur mors

## Theologicarum

ipsius dicitur mors peccati?

Triplici de causa, mors Christi dicitur mors peccati: cum tamen Christus nec peccatum sit, nec peccatum habuerit. Prima quia Christus voluntate patris, pro omnibus oblatu est: & factus omnium peccatum. Affixit enim Christus cruci, cyrographum peccati. Secunda quia Christus iniuste moriens, abstulit omnem hominum peccata. Tertia quia sua morte, de peccato damnauit peccatum: & Sathan imperium contriuit: haud ab re igitur mors Christi vocatur mors peccati.

60 Cur passus est Christus extra ciuitatem?

Christus ex lege (reuiuiscens per legem peccato) mortuus est. Scriptum est autem in lege: vt omnis leprosus & infirmus, eiciatur extra castra. Vt ite cineres cremate hostie, oblate pro peccato: extra castra spargeretur. Hac igitur de causa, extra castra populi hoc est extra ciuitatem Christus passus est: vt pote qui omnium infirmitatem & peccata, extra castra portauit: qui pro omnibus infirmis & leprosis apparuit: qui sanctificaturus & purgaturus ciuitatem: omnem eius lepram & morbum extra eam tulit.

61 Cur quinque vulnera: eidem illata sunt?

Quina Christi vulnera, sunt vt quinque insignia mundi regna: quorum quattuor surrexerunt secundum elementa huius mundi, sub potestate atque imperio principis mundi huius. Babylonicum, Persicum, Macedonicum, Romanum. Quintum vero secundum voluntatem dei surget: & id, regnum celi nunc cupatur. Nam sicut quinque sunt maxima mundi corpora: terra, aqua, aer, ignis, coelum: ita & quinque mundi regna & toride vulnera Christi: que omnis mundi pars & regnum confixit.

62 Cur quattuor extrema vulnera illata sunt viuenti: medium autem pectoris vulnus idem iam mortuus accepit?

Quattuor extrema Christi vulnera, manuum ac pedum: sunt velut quattuor temporaria mundi regna: que in quattuor angulis mundi: oriente, meridie, septentrione & occidente: ante humani generis salutem apparuerunt. Medium autem pectoris vulnus: exprimit regnum celi. Quapropter extrema pedum manuumque vulnera illata sunt adhuc viuenti. Pectoris autem vulnus, illatum iam mortuo: humani



quippe generis salus & aduentus regni dei: Christi mortem sequi debere.

63 Cur meridiana hora Christus actus est in cruce?

Sol totius iustitiae, Christus. Diuina igitur voluntate factus est: ut sol cum sole, intellectualis lampas cum sensibili lampade & eleuaretur & flecteret in occasum. Hac enim de causa, Christus hora meridiei actus est in cruce: ut sensibili sole, a meridie in occasum meate: vna intelligibilis solis vita, in mortem laberet. Intellectualis tamen sol tribus horis: ante sensibile occubuit. Hora quippe nona Christus expirauit.

4 Cur eclypsis solis apparuit: Christo ad huc viuente: cum caetera signa eius mortem secuta sint?

Ab hora sexta, usque in hora nona: factae sunt tenebrae super vniuersam terram. Hora autem est sexta, actus est Christus in cruce: qui hora nona expirauit. Tandem igitur terrificae illae eclypsis vniuerso mundo innotuit: quoad Christus viuens, in cruce pepedit. Haec precessit mortem ipsius: cum tamen caetera signa eius obitum secuta sint. Compatiens quippe sensibilis sol intellectuali soli: opifices lucis thesauros: ne tantum scelus intueret: occuluit. Indicabat enim vite auctorem: non passum sed patientem: non mortuum, sed morientem. Sequentia autem signa, eundem passum & mortuum testata sunt.

65 Quot horis Christus in cruce pepedit?

Six horis: tribus viuens: & mortuus tribus. Nam ab hora sexta, vixit in hora usque nona: hora autem nona expirauit. Vespertina autem hora, quae est duodecima in occasu solis: depositus est de cruce & commendatus est demum sepulturae. Moriens igitur Christus circa vernali equinoctium: tanto tempore viuens quanto & mortuus in salutifero crucis ligno pendit: vite lucem & mortis tenebras: ex aequo distans. Vide de ea re amplius in libro theologiae 74. 8. 9. 95.

66 Cur confestim eo mortuo: velum templi sanctissimi: a summo usque deorsum?

Huius signi eadem ferme ratio: quae & vulneris, quod in pectore illatum mortuo. Nam haec signa manifestant post mortem Christi, deum hominibus conciliatum:

& templum suum adaperuisse & sancta sanctorum prius inuoluta & velo adopta, nudasse ac discooperuisse. Erat enim sacrum Christi pectus, templum dei & velum diuinitatis: quod mortuo Christo, laeua adaperuit: cunctis viam ad inhabitantem deum, patere insinuauit. Hoc pacto igitur & velum templi sanctissimi sancta sanctorum prius obtecta nudauit.

67 An ea solis eclypsis: quae eo in cruce pendente apparuit: fuerit naturalis?

Nequaquam. Nam naturalis solis eclypsis accidit soli & luna, existentibus in coniunctione dyametri. Tunc vero erant sol & luna naturali latitudine, in oppositione dyametri. Tantum quippe spatium, luna momento confecit: per quantum quattuordecim diebus naturalis motu, progredi solet. Sicut enim intellectualis sol naturalis immortalis, praeter naturam ferre patiebatur: ita & sensibilis lampas, illi extra naturam ordinem compatitur iussa erubuit: & suae lucis thesauros abscondit.

68 An Christi diuinitas fuerit particeps passionis & aliquid passa?

Diuinitas est actus purus: omnis autem actus non modo increatus: sed etiam creatus, ut huiusmodi impassibilis manet. Non est igitur Christo patiente, quicquam passa diuinitas. Aderat equidem diuinitas, coniuncta patienti humanitati. Nihil tamen perpeti potuit impassibilis natura. Sola etenim humanitas, fuit subiectum passionum.

69 An Christi anima sit quicquam passa?

Rationales animae, inter actuum immortalium sorte numerantur. Actus autem ut huiusmodi impassibiles sunt. Nihil igitur corporalis afflictionis passiva est anima Christi: quae neque clauis confixa est, neque sanguine fudit: neque sitiuit, nec poenam ullam pensit. Haec siquidem passionum: corpori & carni ascribuntur. Omnis igitur Christi passio, fuit carnis afflictio.

70 Cum mors sit passio totius & partium ipsius dissolutio: quo pacto Christi anima morte nihil perpassa dicatur?

Esto: mors sit totius compositi passio: nam partium ipsius dissolutio: anima tamen Christi morte, nihil perpassa est nisi secundum accidens: quod desiit ad tempus esse in corpore: quae prius erat in corpore. Haud enim corpoream poenam passionis pertulit anima: sed sola caro quae computa est,



## Questionum

flagellata, cesa, afflictata, ligno crucis onerata, cruci affixa, clauis perforata. Hæc enim sunt corporum: non animarum passiones. Anima tamen Christi suo modo: internis doloribus, tristitiis, amaritudinibus & tediis non caruit. Dixit enim Christus. Tristis est anima mea usque ad mortem.

71 An mors Christi eius humanitatem separauerit a diuinitate?

Nequaquam: neque enim totam humanitatem, neque vllam eius partem: a diuinitate separare potuit. Nam persona Christi duplici vinculo coaluit. Alio partium humanitatis: id est animæ & corporis. Alio, diuinitatis & humanitatis. Illud igitur nodum non istum: mortis occasus, soluere permixtus est. Assitit enim immensa verbi diuinitas post mortem eius: & animæ & corpori (quæ morte dissolutis) sociata.

72 An corpus Christi extabuerit in sepulchro tendens in corruptionem?

Corpus christi in sepulchro, nequaquam extabuit: tendens in corruptionem. Nam in simplici morte ipsius que est animæ a corpore dissociatio: consummata sunt quæ de ipso erant vniuersa. Non igitur debuit nec etiam potuit sanctificata, incorrupta & innoxia caro: vlla tæbe aut corruptione resolui.

73 An corpus Christi iacens in sepulchro virtute Aromatum effugerit corruptionem? Corpus Christi non virtute myrrhæ & aromatum quibus conditum erat, effugit corruptionem, sed cum vi naturalis innocentie, puritatis, & sanctitatis: tum virtute presentis diuinitatis. Hæc est enim caro, de qua scriptum est. Insup & caro mea requiescet in spe, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Non igitur myrrha & aromata: sed naturalis innocentia, illam a corruptione tutam illibatamque seruauere.

74 An Christi anima: potuerit apud inferos teneri a morte captiua?

Que iniuste & præter legem peccati a corpore soluta est: teneri a morte non potuit. Nam causam non habuit, cur a corpore migraret, & ad inferos descenderet: utpote nullo onerata peccato. Non enim propter seipsum, sed propter vniuersos mortuus

## Theologicarum

est Christus: quia mori voluit: & rursum illius anima non propter seipsam: sed propter captiuas animas ad inferos descendit. Quamobrem, victrix mortis anima teneri a morte captiua non potuit. De hac enim propheta cecinit. Non derelinques animam meam in inferno. Diuinitas quippe verbi illam ad inferos comitata: eandem triumphantem ab inferis eduxit iterumque corpori insiuit.

75 Quot horis anima Christi apud inferos mansit?

Horis quadraginta. Nam ab hora nona feriæ sextæ ad horam primam feriæ primæ: hora quadraginta numerat. Expirauit enim Christus nona hora, sextæ feriæ. Resurrexit vero hora prima, feriæ primæ: in ortu solis, in aurora diei. Nam sole huius mundi supra hemispherium ascendente: reuersus ab inferis vtriusque mundi sol de sepulchro surrexit. Etenim quot annis, populus ascendens ex Aegypto mansit in deserto: tot horis anima Christi apud inferos stetit.

76 Que sunt sub quadragenario numero in sacris eloquiis signata?

Copula in sacris eloquiis sub numero quadragenario signat. Imprimis enim ut fieret diluuium, quadraginta diebus & quadraginta noctibus pluit super terram. Duodecim exploratores missi a Mose: quadraginta diebus, iustrauerunt omnem terram Chanaan. Quadraginta annis mansit populus in deserto: usquequo morerentur quæ murmurauerant contra deum. Ter quadragenis annis electus dei Moses vixit. Quadraginta diebus vir dei Helyas in fortitudine cibi & aque cœlestis: ambulauit per desertum, usque ad montem dei Oreb. Quadraginta diebus, Christus in deserto ieiunauit: nec manducans nec bibens. Quadraginta horis, eius anima apud inferos mansit. Quadraginta dies ab eius resurrectione, usque ad ipsius in cœlum assumptionem numerantur. Et alia permulta quadragenario signata numero: diligentiores indagatores offendent.

77 Cur potius dextrum Christi latere: quam sinistrum: perforatum est lancea? Sicut in dextra parte mundi ut in oriente est paradysus voluptatis: ex qua flumines irrigantes mundum



originē ducunt: ita & deo placuit vt potius dextrū Christi latus, q̄ finistrū: lancea pforatū, a dextera periretur. vt inde tanq̄ e tēplo dei & paradiso spiritaliū deliciarū: sacri sanguinis & aque riuuli, in cunctos hominū regenerationē scaturirent.

78 Cur e dextro latere Christi: sanguis & aqua fluxere?

Christus initium est & origo noui testamenti. Sanguis vero & aqua e Christi pectore, a dextro latere manantes: vniuersos Christi imitatores oemq; fidelium turbam in Christo regenerandam: & sacro eius fonte, a cunctis maculis abluendā expresserunt. Sanguis in clytū martyrum coetū. Aqua vero candidatorū cōfessorū choros indicauit.

79 Cur prius sanguis: deinde aqua e Christi latere fluxisse nominantur?

Ira in euangelio legim⁹, vt viderūt eum iā mortuū: nō frigerunt eius cura: sed vnus militum, lancea latus eius aperuit: & cōtinuo exiuit sanguis & aqua. Prius itaq; sanguis q̄ aqua noīatur. Id aut vt in pcedēte dixim⁹: geminū indicabat ecclesia in Christū crediturē statum. Primū quidē belli: secundū pacis: primū in sanguine sancto rum martyrum: secundū in lachrymis pioꝝ cōfessionū. Nā primitiua ecclesia tanq̄ suo fonti & authori vicina: illi in sanguine similis apparuit. Secunda vero paulo ab eo semotior: sanguinē in aquā lachrymarū cōmutauit, illiq; p aquas similis eua sit. Nā totius vitę Author IESVS: flere vt aiūt sepius: ridere nunq̄, visus.

80 Cur qua die & annūciatus est ab āgelo & conceptus de spiritu sancto in virgine pari die mortuus est?

Quinta & vigesima die Martii: celebratur Christi ad virginem nascituri annūciatio facta p angelum Gabrielem. Eadē vero die & cōceptus de spiritu sancto creditur: & eadem rursū affix⁹ cruci, temporariam siue triduanam obiit mortē. Eadē igit die, post vndecim trieteridas annorū, soluta est morte Christi humanitas: qua die deus ei⁹ strinxerat vinculum. Eadem quippe die & caro Christi concepta est & anima procreata & ambę cōiunctę tam sibi inuicē q̄ diuinitati adheserūt.

Qui sunt numeri dierū: mortis & resurrectionis Christi?

Quintus quadratus & tertius cubus. Nā quinta & vigesima die Martii, mortuus est. Resurrexit vero septima & vigesima. Hic autem numerus cubus tertius: ille vero quintus quadrat⁹ vocatur. Nempe quinquies quinq; quintum & vigesimum reddit. Ter autem tria: nouenariū faciunt, tertium quadratum, qui resumpt⁹ ternario: septimū & vigesimū (qui cubus tertius est) conflat. Numeris igitur imparibus, Christus & mortuus est & resurrexit, sed mortuus in quadrato, resurrexit in cubo: mortuus in superficie resurrexit in corpore.

Cur Christum in infantili etate: oportuit duci in Aegyptum?

Quia in persona Christi: oportuit impleri peregrinationem patrū Abraham, Isaac, & Iacob, & totius populi. Est em̄ persona Christi, vt substantia veteris testamenti: & adimpletio legis. Oportuit igitur hac adimpleri in persona Christi: quę pfigurata fuerant, in peregrinatione patrū & populi. Nam patres nati in terra Chanaan: abierunt in Aegyptum. Filii vero diuina voluntate ex Aegypto, in terram patrū suorum reuersi sunt. Christus autem natus in terra Chanaan, ductus est in Aegyptum. & demū (vt volunt) post septennium ex Aegypto in terram Chanaan reductus.

83 Quopacto Christi in Aegyptū & pfectio & ex Aegypto reuersio: similis fuerit patrū & peregrinationi & reductioni?

Patres virgente fame, quę erat in terra Chanaan: peregrinati sunt in Aegyptum. Quorum filii demum visitati a deo: & reuocati ab eo, in terram patrū suorum reuersi sunt. Christus autē virgente gladii persecutione facta ab Herode: ductus est in Aegyptum. Herode vero defuncto, reuocatus est ab angelo, in terram Iuda. Scriptū est enim: Ex Aegypto vocaui filium meum. Et rursū. Surge & accipe puerum & matrem ei⁹: & vade in terram Israel, defuncti sunt enim qui



# Questionum

# Theologicarum

qua relant animam pueri. Quapropter & patrū & Christi similes sunt in Aegyptum profectio- nes: vrgente persecutione vel famis vel gladii & similes iterum amborum ex Aegypto reductio- nes: deo vtroq; reuocante in terram suam.

84 Cur Christus natus est: pene exactis quattuor ingētibus mundi regnis: que secundum elementa mūdi surrexerūt? Quia sicut hec quattuor mundi regna sibi inuicem successerunt & priora a sequentibus deuorata sunt: ita & regnum cœli (cuius æternus rex Christ⁹) post hec regna apparere debuit: vtpote quod hec omnia regna cōcuriet & occupabit oēm terram. Cum igitur regnū Christi, sit quintum & postremū mundi regnum, quod stabit in æternum: manifestum est quoniam rex eius nasci debuit in nouissimis temporibus: pene iam exactis quattuor insignibus mundi regnis: Babylonico, Persico, Macedonico, Romano.

85 Cur in apice & fastigio romanī imperii: natus est Christus?

A Romulo vrbis conditore vsq; ad Augustum: Romanum imperium velut ab imo ad summū profecit. Fuit em̄ Augustus fere totius orbis monarcha: & felicissimus apex romanī imperii: cui nullus imperatorum, mundana foelicitate cogitari potuit. Ab Augusto vero deinceps, aut de sectioe populorum, aut imperatorum nequitia: Romanum imperium, in occasum labi & inclinari cepit. In apice igitur & fastigio Romanī imperii: secundo & quadagesimo anno ab imperāte Augusto, natus est Christus rex cœli. Nam rationabile erat vt in natiuitate regis cœlestis: ferrum, hoc est Romanum imperium (quod in sacris eloquiis, ferro cōparatur) inciperet suapte rubigine erodi, atteri, consumi.

86 Cur in natiuitate Christi pax fuit in vniuerso mundo & templum pacis Romę corruit?

Christus rex est pacis: qui non in fortitudine aut corporeis viribus aut armis, hunc mundum vicit: sed in iudicio & iusticia. Hic em̄ est, qui arma & scuta cōburet igni, arcum, gladium, & bellū

auferet de terra. Haud ab re igitur in pacifici regis natiuitate: vniuersus mundus a bellis & armis siluit, prelibans futuri cœlestis regni primitias. Quæ autem Romę templum pacis, in natiuitate domini corruerit id accidit ob partum virginis: de qua predictum Romanis fuerat: nō prius id tēplum ruiturū, q̄ virgo peperisset. Quapropter innixi oraculo Romani: id perpetuę pacis templum, nūcupare ausi sunt: virginis partum impossibile iudicantes.

87 Cur post Christi mortem & resurrectionem: idolorum oracula coticuere? Infans adhuc dominus, ductus a parentibus in Aegyptum: Aegyptiorū idola, nō manu nō voce aperta: sed inuisibili virtute (vt volunt nonnulli) subuertit. Postea vero reductus in terram Israel & triginta annorū factus: cum populū, salutarī predicatione imbuetet: sola voce, demones perterreat: & momento e corporibus obsecrorū eiiciebat. Reclamantibus autem illis & quis ipse esset indicantibus: magna virtute silentium eis imperabat dicens. Tace obmutescite. Si igitur ante mortē suā, dominus in similitudine carnis peccati adhuc viuens hec operabatur: quāto magis post resurrectionē & victoriā huius mūdi, virtutē obtinuit, edomādi omne demōnū imperiū. Qui em̄ accepit a deo patre oīm potestātē: is ab humano genere demōnū iugū excussit. Et q̄ pro diis ab hoīb⁹ colebant: hos hūani gn̄is hostes eē p̄palauit. Quapropter nō multo post Christi resurrectionē: demōnū oracula, variaq; respōsa, quibus hoīes eludere solebāt: cūctis admiratib⁹, per vniuersum fere mundum siluere.

Quis est Pan magnus: deus nature: qui paulo post tempora dominicę passionis: reuelatus est nonnullis interisse ac mortuus esse?

Legimus tempore Tyberii Cæsaris (sub cui⁹ imperio dominus IESVS crucis patibulū subiit) reuelatum nonnullis nauigantibus in mediterraneo mari: Pana magnum nature deum iteruisse auditamq; sub aquis, immensam spirituum caeteruā: eius interitū lugentiū. Est autem hic magnus Pan, quem vt totius nature deum, gētilēs



falso coluere) princeps mundi huius: quē Christi mors solio deiecit & mundi exiit principatu. Verisimile quippe est non bonos angelos fuisse: qui sub aquis Christi mortem lugerent: sed Caco demones quibus habitatio est in elementis huius mundi: qui tū recentem magni sui principis ruinā: & interiū ex morte Christi illatū mustitātes sub aquis deshebāt. Idem pertinet ad silētiū oraculoꝝ de qbus in pꝛecedēte locuti sumus.

89 An post Christi resurrectionem: Lex translata sit in gentes?

Post resurrectionē Christi, ortū est nouū testamētum: & diffusa Christi gratia in gētes. Hęc autē diuinę gratię in gētes diffusio: nequaquā est legis in gētes trāslatio. Nō em̄ gētes legē aut circūcisionē receperūt. Lex nāq; & circūcisio penes Hebręos māserē vsq; in hodiernā diē. Hi tamē trāslati sunt e terra sua, in terras gentiū. Insup & occūbens illis deus per mortē Christi: exortus est gentibus. Non igitur lex, sed deus, ex morte Christi, dicendus est in gentes translatus.

90 Cur dictum est a diuo Paulo: hebręorum delictū salus est gentibus?

Hebręoꝝ delictū est interemptio Christi. Hunc ergo quem Hebręi negantes interemerunt: deus suscitans a mortuis, manifestauit gentibus. Magis enim luxit in tenebris lux: q̄ in luce. Lux, erant Hebręi: cōuersi prius ad deū viuū, alieni a cultu demonū. Tenebrę vero erant gentes: delapsę ab viuus dei cognitiōe, ad pluriū deoꝝ, hoc est demonū culturā. Fuit autē lucis delictum salus tenebrarum. Quandoquidem lux, denegata a luce tenebris illuxit: & eum receperunt alieni, quem sui negauerunt.

91 An reppulerit deus: & abiecerit populum suum in æternum?

Nequaquā. sed vt diuus Paulus ait: donec intrauerit plenitudo gentium. Conclufit enim omnia in incredulitate, vt omnium misereatur. Gētes prius erant in tenebris: & misertus est deus earum: Israel vero & ipse ad tempus sub nube manet vt postea errorum nube discussa, fiat iterum particeps lucis. Scriptum est enim. Si fuerit numerus Israel sicut arena maris: reliquię ex eo sal-

uabuntur. Non igitur in æternum: sed ad tempus, reppulit deus populum suū.

92 An Hebraica traditio sit Christianę religioni contraria?

Nō minus Hebraica traditio, Christianę religioni aduersatur: q̄ dispositio virtutis, habitū virtutis: aut q̄ minor numerus, maiori nūero: aut imago, veritati. Nā vetus testamētum est vt dispositio virtutis: Nouum vero vt habitus. Vetus vt minor numerus: nouū vt numerus maior. Vet⁹ vt vmbra, figura & imago: nouū aut vt lux, exemplar & veritas. Sicut em̄ dispositio virtutis, habitum & tēpore & ordine pꝛcedit: ita & Hebraica traditio, sub nube & pędagogo ad verioris vsq; lucis ortū homines erudiuit.

93 Cur magis a Christianis: Hebraica recipitur traditio: q̄ ab Hebręis Christianiana?

Christiani Hebręoꝝ nec legē nec circūcisionem seruant. Prophetas tamen & legunt: & iis tanq̄ a deo agitatīs consentiunt. Insup nec legē nec circūcisionē vt malas aspernantur: sed se iis, minime ad salutem indigere profitentur: meliorib⁹ & pꝛestantioribus sacramentis initiati. Secus tamē accidit in Hebręis qui Christianorum traditionē perosam habent: tanq̄ a spiritu erroris inuectam. iis aut istud contingit: quęadmodum & infirmo oculo: q̄ delectatus stellarū claritate, huic solis lucē (stellas obumbrantem) arbitratur esse contrariam: cum tamē inter solis & stellarum claritatē: nulla penitus contrarietas inesse dicatur.

94 Si Hebraica & Christiana traditio nō sibi inuicem aduersantur: quāobrem non conspirant in vnum?

Vtraq; testamēta, iuxta substantiā & naturam suā, in vnū conspirant: & ad eiuſdē dei vtriusq; authoris cognitiōe & sacrū cultū, hoīes manuſcūt. Non em̄ Christus, aduersarius est Mosis aut prophetarum: neq; sacra euangelia, Mosaicis aut prophetarum scriptis contradicunt. Si est igitur inter vtrunq; testamētum, pugna aliqua aut disſidentia: hęc magis ex parte hominum & mentium apparens est q̄ existens in natura & substantia scripturarum. Quemadmodum etſi



## Questionum

nulla contrarietas est, inter solē & stellas: tñ sol & stellæ simul, eidem oculo nequaquã illucēt. Nā stel læ in nocte, sol autē interdū conspicuus fit: quo ex orto, disparet aspectus stellarū. Dissidentia igit̃ q̃ videt̃ vtriusq̃ testamēto inesse: magis accidit ex natura & ignorātia hoīm, q̃ ex substantia scripturatum.

95 An Christianitas crediderit in Iudaismum vel Iudaismus in Christianitate?

Sicut dispositio virtutis, transit in habitū, nō autē habitus in dispositionē: ita & vetus testamentū, trāsfit in nouū: & impletum est, adueniēte nouo. Quocirca Iudaismus in Christianitatē credidit: nō autē Christianismus in Iudaismū. Nā si quis ex seruitute, in libertatē vendicet: haud p̃pterea dicenda est libertas, trāsire in seruitutē: sed seruitus in libertatē. Exiit̃ em̃ ab eo seruit̃: & induit̃ libertas. Ita & quotquot ex Iudeis in Christū crediderūt: hī exuētes legis seruitutē & sub p̃dagogo esse definētes: libertatem acceperunt.

96 Est ne aliquādo futura vtriusq̃ testamēti concordia: & ex Hebræis & Christianis: futurus populus vnus?

Scriptū est: habeo alias oues, q̃ nō sunt ex hoc ouili. Et illas oportet me adducere: & fiet vnū ouile & vnus pastor. Nā duplex est ouile Christi: quod dā naturale, quod c̃stimať secundū carnē in semine Abrahæ. Id em̃ ouile populus est hebræorū: quī sunt naturales filii. Aliud est ouile acquisitum ex gētib⁹, morte Christi: eorū q̃ nō c̃stimant̃ secundū carnē in semine, sed secundū regenerationis spiritū. Et hī filii nō naturales: sed adoptiui vocantur vtrūq̃: igit̃ ouile (& si ad tēpus dissideāt) nōnūq̃ vt factū p̃dixit eloquiū fiet populus vnus & pastoris eiusdē. Nō enī vt p̃docuim⁹, reppulit deus populum suum in æternum.

97 Quo sensibili iudicio conuicere licet futurā nonnunq̃ vtriusq̃ testamēti cōcordiam?

Sensibili iudicio eorū, q̃ in missarū solennis: a nostris sacerdotibus dum sacris aris astāt visibiliter peragunt. Nā a dextro altaris cornu, missarū solēnia inchoantes: decātata in eo vt plurimum veteris testamēti lectione, in sinistrū cornu pergūt: in

## Theologicarum

quo euāgelicus sermo noui testamēti substantiā, recitat. Demū vero cōfectis in altaris medio visibilibus sacramētis (per q̃ vt diuus Dionysius ait Christus mystice signat̃) in dextrū cornu relabūtur: in ea altaris parte, finē mysteriis imponētes: a qua prius inchoarant. Per hūc igit̃ nostrorū sacerdotū, in dextrum cornu regressum: placet theologis, designari Hebræos (q̃ secundum tēpus, abiecti sunt) nōnunq̃ a deo reuocādos: & iterū naturali oliuē a qua excisi sunt inserendos.

98 An post vtriusq̃ testamēti cōcordiam & populi vnitatē: Mahumetea lex stabit in mundo?

Minime. Nā hec vtriusq̃ a duersat̃: vt pote fallax, p̃fida, erronea, ab erroris spiritu inducta. Hebraicæ autē & Christianę traditionis author, est idē deus: & veritatis spūs: q̃ prius in Mose & prophetis locutus: postea cū hoīb⁹ in terris visus est: & cum eis cōuersatus, sacra noui testamēti, veridico ore profudit eloquia. Priusq̃ igit̃ oriat̃ vtriusq̃ testamēti cōcordia & populorū cōciliatio: Mahumetea lex veritatis inimica exterminabit̃, eradicabit̃, interibit̃. Hac enī perseuerāte: quomodo in vnīuerso mūdo, fiet popul⁹ vn⁹ & pastor vn⁹? Hanc autē prope diē ruiturā: innumera pene vaticinia testant̃. Post cuius interitū: scelicior mūdi ætas, sperāda est: omnibus populis (iuxta psalmi loquiū versum) cōuenientibus in vnū vt seruiāt domino.

99 An Mahumetea lex: cōsentiat cū Hebraica & Christiana?

Consentit in parte cū vtraq̃, quoad litterā & carnales quasdā obseruationes. Nā & ab Hebræorū & a Christianorum scripturis: nonnulla Alcoran⁹, liber furto deprompsit: & rursum ab hebræis, circuncisionē Mahumeti obseruare & suillis nō vesci carnib⁹ & alia pleraq̃ didicerūt. Astipulantur etiā Christianis: credentes & virginē Christū peperisse & Christum virū sanctū fuisse, quē diuini spiritus filium vocāt. Dissidet tñ lex eorū ab Hebraica & Christiana: penitus in spiritu. Nā quid habere potest commercii & pacis: spiritus erroris cum spiritu veritatis? Hūc igit̃ manere: illum vero tolli ac destitui oportet.



100 Cum cœli ipsi nec hominibus subsint nec humano subiaceant peccato cur hi tamē in fine & huius sæculi cōsummatione extremo iudicii igne vna cū elementis arsi suri prædicantur?

Sensibilia quattuor elemēta: terra, aqua, aer, ignis in quibus & humanū genus & cūcta propter hominē facta viuunt: cū hominibus subsint, manifeste humano quoque subiacent peccato. Dicunt enim hæc humanę subiaccere noxę: haud quia ipsa quicquid sceleris admittat aut ab suo ordine labatur: sed quia ab humanis peccatis quę in ipsis admittuntur: inquinant, scedantur, corrumpunt. Nam si in veteri testamento legimus domorum parietes ab inhabitantibus leprosis exulcerari atque corrupti: ideoque præceptum esse Mosi ut hi parietes repurgandi corradentur: quanto magis sensibilia elementa quę sunt naturalis hominum mansio: ab humanis labibus & peccatis credantur vitiosa, inquinata, corrupta. Hęc igitur nimirum extremo iudicii igne renouanda absumuntur. Secus autem de cœlis accidit: ut potest garisuri quidē celebrantur: cū tamē neque hominibus subsint neque humanę noxę subiaceant. Haud enim primus Adam peccauit in cœlis: sed in paradiso. Ceterorum autem hominum neque in cœlis neque in paradiso: sed in huius exilii valle, patrata sunt scelera. Si ergo extremus fatalisque ignis, in ea sola aget quę cōtaminata fuerint peccato aut proprio aut alieno: quo pacto hic cœlos absumet eosque resoluat: quos humanum peccatum nequaquam infecit aut vitiauit? Dicimus tribus de causis: cœlos ipsos extremo igne corripiendos: prima Quia corporei sunt quippe soli et extenti, tanquam termini & fines totius sensibilis mundi. Omnis autem corporea substantia (preter ea tantum humana corpora quę originali labe caruerint) Supremo igne aut exstabitur aut resoluatur. Secunda quia cœli subiacerunt peccato angelorum: qui ideo exturbati e cœlo in ima ruunt. Peccauerunt enim angeli primi non in elementis huius mundi neque in paradiso: sed in cœlo: in eo ve loco & gradu: in quo beati erant futuri, si permansissent. Quapropter de cœlis scriptum est: quoniam cœli non sunt mundi in conspectu eius. Tertia quia demum propter hominem facti sunt

cœli. Haud enim propter angelos creati & facti sunt: quandoquidem incorporeis & immaterialibus angelis: corporeę substantiæ nihil præstant. Omnis nempe corporea substantia: corporeo hominibus famulari iubetur inque hominis usum & ministerium est procreata. Qua igitur ratione extremus ignis, hominis corpus peccato corruptum soluturus est: eadem & cœlos ipsos (qui sunt ut humani domiciliū visibilibus mundi fastigia propter hominē facta) absumpturus iudicetur. Quippe vna cum homine interire oportet: quęcumque humana sunt id est propter hominem creata: ob eas itaque quas recensuimus causas: liquet cur supremi ignis vim, cœli ipsi nequaquam effugient.

FINIS.

Theologicarum questionum Septimi & vltimi libri Finis Editatum in Carolopolitana solitudine, Et aedibus Reuerendi in Christo patris dñi Caroli de Genlis Nouiodunensis Pontificis Anno dñi millesimo ccccc. xii. decimo quinta Februarii.



Argumentum validum ad confutand. iudeos  
 in incredulitate & pertinacia eor. & diuina  
 eor. transfugator.  
 in qua nunc gessit.

Legimus in veteri testamento Iudeos qm peccauerunt gtra deu in idolatria multiptr punitos  
 & ad tempus parum reuertos qdaz & tñ postea humiliatos & ad gram receptos: ut videt. dñm  
 in deserto peccauerunt in vitulo aureo ad xl. años a deo reiertj: et a terra promissionis suspesi  
 ac retenti: et tandem tñ recepti ad gram: et in terra introductj: ite dñi sepe i idolatria & in  
 alia pta recedentes itoz atqz itoz totius i transfugatorz redactj in exiliu nũ in babilon  
 nũ i spria vel Caldea ad sexaginta l' amplig años reiertj extra terra sua: demũ tñ hũ  
 liati ad eand redutj sut: ut clare ppheta Dauid i psalmo : roguerũt rationatũ  
 pulchre & confutetur. Nimirũ idolatria maximũ pctũ et imediate cotra deũ est: Iudei  
 aut nũ in transfugator illa diuina (qua Romanã vocat) p titũ & Vespasianũ Ro  
 manos Impatores facta / consistentes: q ad mille quingentos & circiter años durauit: & nẽdũ  
 finis adest: interim quantum vel humiliati sint / inqz oĩs mundi regionis diffsi oĩs sub tri  
 buto viuentes: nulla tñ receperũt a deo gram reuertendi in terra sua: p qm est eũ  
 ditissimũ / q peccauerũt pctũ ppter qd hũc sustinent / maius qm fuerit idolatria: et  
 non tñ imediate gtra deũ / s; etiam in persona dei ipsũ: ut videlicet occidendo hũc  
 verũ deũ & hũmũ;

Argumentum validum ad confutand. iudeos  
 in incredulitate & pertinacia eor.  
 in qua nunc gessit.

Argumentum validum ad confutand. iudeos  
 in incredulitate & pertinacia eor.  
 in qua nunc gessit.